



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm**

**Vinitor, Gerlacus**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

XIX. De ipso Festo Sancto Paschae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9459**

4. Repraesentationes trium Mariarum visitantium Dominicum sepulchrum hac nocte in Ecclesijs haberi solita, cum potius in ijs inueniatur quod risum mouere possit, & deuotionis intentionem deprimere, quam pietatis aliquem affectum excitare, a diuersis Archiepiscopis & Episcopis prohibita fuerunt, & manent.

TITVLVS XIX.

De ipso Festo Sancto Pasche.

1. Decet vt Matutinæ hac die solemniter ante Auroram Celebrentur, qua hora Christum resurrexisse credimus.

2. Hac die fit aspersio populi ante Missam cum aqua baptismali prius benedicta, sicut etiam in die Pentecostes tantum, exceptis Ecclesijs in quibus non habent fontes baptismales, ibi enim fit aspersio cum aqua hac die more solito benedicta, ad cuius asperionem nihilominus dicitur *Vidi aquam* vt in Missali. Abusus autem est quod in Collegiatis aut Parochialibus in quibus habent fontes baptismales, non benedicatur aqua benedicta Dominicis diebus infra Pascha & Pentecosten, cum tantum ipsa die Paschæ & Pentecostes aspersio populi facienda est cum aqua baptismali diebus Sabbathi benedicta.

3. Quandoquidem in pluribus Diocesisbus ipso die Paschæ, sicut & singulis diebus Dominicis infra Pascha & Pentecosten in honorem Resurrectionis Dominicæ circui solent Ecclesie & seruari Processio, quæ vt conformiter ritibus antiquarum Processionum seruetur, sequentia videntur seruanda. Facta asperione aquæ benedictæ & oratione post eandem dici solita, Celebrans stans in medio Altaris imponit & benedicit thus

X in thu-

am noctem gloria  
conserua in nobis  
sti: vt corpore &  
hibeamus seruitu-  
ominum nostrum.

ensum thuribulo  
benedicaris & thu-  
ixi triplici ductu,  
tuerenter accipit  
iter, deinde præ-  
thuribulo fami-  
bris & cereis ac-  
moris sit, cit-  
a, Choro interim  
gloria, &c. Ita-  
cerdos cum per-  
dem imposuerit

pulchro, alleluia.  
in ligno, alleluia.

Dominica annua  
tius: vt per tem-  
ire ad gaudia a-  
c.

mediate sequen-  
o Cantione ger-  
istius ist cristian-  
ictis inchoatur

4. Re-

in thuribulum de more, atque Diaconus vertens se ad populum cantat : *Procedamus in pace*. Et Chorus responder : *In nomine Iesu Christi, Amen* : Præcedit Thuriferarius cum thuribulo fumigante : deinde Subdiaconus paratus deferens Crucem, medius inter duos Acolythos cum Candelabris accensis : sequitur Clerus per ordinem, ultimè Celebrans cum Diacono à sinistris & cantantur Antiphonæ *Cum Rex gloria, &c. Salve festa dies. &c. Sedit Angelus. Christus resurgens, Recordamini, omnes vel aliqua, quousque durat Processio, qua absoluta, Celebratur Missa.*

4. Decet ut Parochi & Rectores quarumcumque Ecclesiarum propriâ manu Clericis non Sacerdotibus, sicut & laicis sibi subditis communionem præbeant, ut eò melius notari possint quinam præcepto Ecclesiæ satisfaciant.

5. Ex antiqua traditione nihil hac die assumebatur à fidelibus manducandum, quod non fuisset prius à Presbyteris benedictum, ideoque ubi hoc commodè fieri potest, Sacerdos indutus superpelliceo, & stola albi coloris, iuxta præscriptum Ritualis Romani benedicit Panem, Agnum Paschalem, ova, carnem & alia comestibilia benedictionibus in Rituali Romano præscriptis.

6. Hac die & duobus sequentibus diebus non fit commemoratio, de quolibet Sancto, sed à feria quarta ad Laudes & ad Missam fit commemoratio de festis simplicibus occurrentibus, & in Missa dicuntur tantùm duæ orationes, quarum secunda est, de Sancto, omittendo. *Ecclesia.*

7. Missæ Votivæ nec privatae, nec solennes per hanc octavam regulariter dici non debent.